

rothecæ, vel alia quæpiam res. Vide Menoch. l. 5. pres. 31. num. 13, p. 705. Videantur, quæ dicta sunt ad artic. 25. & quidem ad 3. indic. commune. 4. Si constet, inquisitum talem rem inventam paulò ante possedisse. Hæc si concurrunt, indicium præbetur ad torturam. (2) Ratio est, quia ex inventione talium rerum oritur præsumptio, delictum commissum esse ab eo cujus res sunt. Zanger. c. 2. n. 34. de Tortur. p. 794.

II. Quod Inquisitus contra tale indicium argumentis contrariis se excusare & suam innocentiam defendere queat, & si ad talem defensionem se offerat, tum causa defensionis prius excutienda est, quàm ad torturam procedatur. v. gr. quod gladius ipsi sit clam subtractus, vel ipse eum alteri commoda- verit, Menoch. l. 1. qv. 89. num. 136. p. 118. de Questim. donaverit, vendide- rit, permutaverit, vel eum abjecerit, aut eum amplius in numero rerum suarum habere noluerit. Vide & Zanger. c. 2. n. 155. & 156. de Tortur. 817. Vel illum, cujus de rebus aliquid repertum est, esse hominem bonæ frugi, famæ & existimationis; vel etiam tempore perpetrati delicti fuisse alibi. Zanger. d. cap. num. 39. p. 794. Dum autem causa defensionis tra- ctatur, cessare debet tortura: nec oportet Judicem prius eam decerne- re, antequam diligenter examinaverit, & cognoverit an indicia contra in- quisitum extantia indiciiis validioribus elisa fuerint, nec ne? Indicium au- tem illud dicitur validius, quod est magis speciale, & magis convenit veri- similitudini. Francisc. Brunus in Tractat. de Indic. part. 2. qv. ult. num. 2. Menoch. l. 2. cent. 5. casu 472, n. 14. 16. 22. 23. de A. I. Qv. fol. 839. 840. Et licet probationes istæ pro innocentia deductione sint futiles, non con- cludentes, & in meris repetitionibus antedictorum occupatæ; tamen audiendus est inquisitus, idque ob favorem defensionis, quippe qui tan- tus est, ut quandoque ob eum à regulis Juris stricti seu rigorosi quoad processum recedere liceat: & multa specialia circa probationem defen- sionis contra Jura communia recepta sint; Gail. l. 1. c. 16. n. 22. p. 67. de P. Publ. Rauchb. part. 2. qv. 3. n. 18. p. 32. 33. ita ut unus testis, testes inhabiles, testes de credulitate deponentes, modò causam credulitatis reddere sci- ant, admittantur. Vide Carpz. part. 1. qv. 33. p. 187. & part. 3. qv. 115. n. 74. 75. p. 141. Pract. Crimin.

ARTIC. XXX.

De semiplena probatione.

Von einer halben Beweisung.

Sine halbe Beweisung / als / so einer in der Hauptsache die Wisse-
 that gründlich mit einem einzigen guten / tugentlichen Zeugen / als
 hernach